

*Hubenthal.*

Ch. 2022

g6.270 Q



RIC





Q. F. F. F. F. Q. S.

QVEM ULTRA SEX ANNOS

INTER FOEDISSIMAS PESTIFERI MARTIS TEMPESTATES  
**FRIDERICIANVM VIADRINVM**

AD QVOD HAVD ULTIMA COMMVNIS CALAMITATIS SVPE-

RIORIBVS ANNIS REDVNDAVIT PAR

ANHELIS PRECIBVS PIISQVE EFLAGITAVIT VOTIS

TANDEM FELICIORI OMINE ILLVXIT

## LYCEI NATALIS

NVNC PACE VBIVIS RESTITVTA IVCUNDIOR

SIT FESTVS SIT FORTVNATVSHIC NATALIS LXIX. NOSTRIS MVSIS

QVEM SOLA SAPIENTISSIMI NVMINIS BENIGNITAS

NVNC AVSPICATIOREM REDIRE IVSSIT

O FELICISSIMVM AEVVM O FORMOSISSIMA AETATIS

NOSTRI TEMPORA

QVIBVS

## F R I D E R I C V S

INVICTISSIMVS PACIFICVS PRINCEPS OPTIMVS

### DEO OPTIMO MAXIMO ADIVVANTE

HEROICA SVA VIRTUTE EGREGIAQVE PRVDENTIA

PACEM EXOPTATISSIMAM

PATRIAEE OPPRESSAE RESTITVIT REDDIDIT

O SINGVLAREM DEI PROVIDENTIAM

QVAE IN FRIDERICO ET HEROE ET PACIFICO SESE OSTENDIT

TAM CONSPICVAM

HANC IGITVR

IN REGIS VIRTVTIBVS PRAEDICANDIS

FRIDERICIANI CONDITI MEMORIAM RENOVATVRVS

### ORATIONE PVBLICA

E LEGE SERENISSIMAE FAMILIAE

## S C H O E N A I C H I A N A E

DIE 27. IVL. HOR. XI. IN LYCEO HABENDA

PIA CELEBRABIT MENTE

DE SOLLEMNI FECIALIVM BELLVM INDICENDI

FOEDERAQVE SANCIENDI

RITV

PAVCA PRAEFATV

IOAN. CHRIST. HVBENTHAL.

FRID. REG. RECTOR.



CHRISTIANUM VADRIJANUM  
INTER HODISITVS EPIPHANI  
AD HODIEN HOC ALTIAM CO. HOC CANTAT  
HODIBA VANNIUS REX  
DINERIS FREDICAS PIRGAS FESTIVITATIS AVITIS  
TANDEM ESTICIO OMNIS HUAN  
LYCEI NATATIS  
HANC ACCE HANZACESTA LAC HUAN  
AL HODA A HODINATAC HODINATIS HODIS MAIS  
GAVM SOJA SPINNITISI NAMIN PENDONATIS  
NUNG A PARISATOGEM REDEIRE IASIT  
O FREDONIUM AEAU O TOR MORNALIA VETATIS  
MOTI TANORA

F R I D E R I C A S  
K O E N . B I B L .  
D E R  
U N I V E R S .  
HALLE.

GLAE IN FREDONIUS ET HODINATIS HODIS OTTENDITI

TAT COMITATIS HODINATIS

O SINCAVATIS HODINATIS HODIS OTTENDITI

PATRATIS OTTENDITI HODINATIS HODIS OTTENDITI

HODINATIS HODINATIS HODIS OTTENDITI

IN FREDONIUS HODINATIS HODIS OTTENDITI

TRIBERCIUM CONDITI MAMONIA RHOONATARAS

ORATIONE LABECY

E TEGE SPINNITISI HODINATIS

BLAUE HODI XI IN TACO HODINATIS

DE SOLLEMNI FECIALIA SEITALIA INDICENDI

LORDRVOAE SVNICHTI

BLAUE HODINATIS HODINATIS

JOAY CHRISTA HABENTHATI

RECO. REC. RECUTOR.





DE

SOLLEMNI FECIALIVM, BELLVM INDI-  
CENDI, FOEDERA INEVNDI, PACEM-  
QUE RESTITVENDI RITV.



§. I.

Quam Romani, et sacris, et civilibus rebus rite tra-  
ctandis, atque felici omne peragendis semper  
eosdem adhiberent viros, gravitate, honoribus,  
ac insigni dignitate conspicuos; bello quoque  
indicendo, foederi sanciendo pacique componendae eos  
constituebant viros, qui ordini sacro et coetui facerdotum  
simil adscripti erant, atque hi nomine facialium insignieban-  
tur: quorum propria munera nunc brevibus delineanda  
nobis sumfimus.

§. II.

Feciales, a faciendo scil. pacem et foedera sic pro-  
prie dicti, Romae primum constituti sunt, ut verisimili est,  
a Numa Pompilio secundo Quiritium rege. Nam licet eo-  
rum introductionem *Livius hist. Lib. I. c. XXXII.* Anco  
Martio quarto gentis romanae regi adscribat, tamen jam an-  
te istius tempora, regnum Tulli Hostilii delineans, *c. XXIV.*  
illorum facit mentionem; hinc eos tunc temporis quoque  
institutos fuisse certum est, quod optime *Plutarchi* respon-  
det narrationi qui in *Vita Numae* describenda huic regi  
facialium ordinationem attribuit; quod vero postea An-



cus Martius jura ac disciplinam horum sacerdotum constituerit, aut meliorem condiderit formam hujus collegii, lubenter concedimus.

### §. III.

Numerus facialium erat viginti, quorum princeps sive praeses, qui munere illis imposito fungebatur, appellatus est pater, non quia iste patrem adhuc viventem, *ut Plutarchus refert*, habere, et ipse quoque a filiis pater facultari debuit; sed potius, quia caput et praesul totius societatis erat; quae denominatio optime patri consentanea est. Et quoniam ille nomine collegii sui pro toto populo, a quo missus erat, maxima foederum pacisque negotia, ritusque bellum indicendi patrabat sive perficiebat, iste pater quoque patratus cognominatus est.

### §. IV.

Quod si itaque gens quaedam Italiae finibus Quirium adjacens (nam cum transmarinis et exteris populis longe alia erat ratio) Romanos multis magnisque laesisset injuriis, si damnum aliquod regno romano attulisset, si eorum legatos contumelia affecisset, si fontibus profugis salvum in suis finibus concessisset perfugium &c.; tunc faciales quatuor eo proficisci a senatu populoque Romano jubebantur. His omnes verbena coronati hastisque armati ad regiones et civitates adversariorum iter flectebant, et, ubi ad istorum pervenerunt fines, pater patratus, capite velato, negotium, ad quod rite peragendum missi erant, sollemnii hac formula, (*Teste Livio l.c.*) incipiebat: *Audi Jupiter, ajebat, audite fines, audiat fas. Ego sum publicus*

*bus gentis quirinae nuntius, jusle pieque legatus venio, verbisque meis fides sit.* Postulata deinde peragebat; velenim de injuria Romanis illata querebatur; vel res ablatas repetebat; vel damni reparationem et restitutionem in integrum postulabat; vel denique fontes profugos reposcebat, et ad haec Jovem ipsum clara voce testem faciebat his verbis: *Si ego injuste, si impie illos homines, illasque res dedier (restitui, reparari) nuntio Populi Romani mihi exposco; tum patriae compotem me nunquam finas esse.* Hanc formulam, quum fines transcederet, portam ingrediens, forumque ascendens, paucis verbis carminis concipiendique jurisjrandi mutatis, enuntiabat. Quod si nunc Populo Romano confessim non satis fieret, nec iuriae, nec damna resarcirentur, XXX. illis adhuc dies ad consultandam rem conce-debat; quibus vero praeterlapsis, isti genti, quae pertinaciter omnia postulata denegaverat, bellum, quod tunc legitimum, et justum erat, facialis publice ita indicebat: *Audi Jupiter, inquit, et tu Juno; Quirine, atque omnes coelestes, vosqueterrestres, vosque inferni audite. Ego vos testor, populum istum injustum esse, neque jus persolvere, sed de ipsis rebus in patria majores natu consulemus, quo pacto nostrum adipiscamur jus.* Hanc rem sic rite sancteque peractam, nuntius statim a facialibus Romam missus, ad regem, aut ad senatum deferebat; quae cum ibi optime dijudicata, et sententia e plurimorum suffragiis composita esset, tum facialibus renuntiabatur, bellum consensu populi fieri posse. Hoc nuntio accepto, pater patratus cum collegis ad fines hostium iterum progressus, hanc sollemnem tandem pronuntiabat formulam: *Quod hic populus adversus populum romanum Quiritium fecit, deliquit; quod Romani bellum cum isto populo*

A 3

jus-



jusserunt esse, senatus populi Romani auritum censuit, consensit, concivit: Ob eam rem ego Populusque Romanus huic genti, hisque hominibus bellum indicamus, facimus. Tunc hastam ferratam sanguineamque in eorum fines emittebat. Hoc erat signum et initium belli mox legitimate fuscipendi. Ad quod Virgilius quoque alludere videtur, quando Lib. IX. Aeneid. vs. 51. seq. Turnum fortissimum Rutulorum ducem praelium incipientem suosque socios sic ad pugnam adhortantem atque incitantem introducit:

*Ec quis erit mecum, o juvenes, qui primus inhostem?  
En, ait, et jaculum intorquens emittit in auras,  
Principium pugnae, et campo se se arduus infert.*

Mox clamorem excipiebant socii, fremituque sequebantur horrisono, atque hostes magno impetu aggrediebantur.

#### §. V.

Bellum sollempni hoc ritu per feiales indictum, iustum, pium legitimumque vocabatur; hinc Cicero Lib. I. de Offic. c. XI. istum belli indicandi modum belli aequitatem nominat. *Belli aequitas, ait, sanctissime jure Pop. Rom. feiali perscripta est; ex quo potest intelligi, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut repetitis geratur rebus, aut ante denuntiatum atque indicatum fit.*

#### §. 6.

Quemadmodum igitur huic negotio publice peragendo feiales erant constituti; sic etiam per eos foedera maximeque pacis fanciebantur. Hinc quoque isti prospiciebant, ne Romani pacem aut aliud foedus, nisi legitimum, injerent. Et, si aliqua fraude in contrarium factumesset, talia foed-



foedera injuste composita rescindebant, eorumque sponsores vincitos hostibus dedebant. Cujus rei insigne legimus exemplum in *Liv. hist. Lib. IX. c. X.* cum Sp. Postumius vir consularis ceterique pacis sponsores, quia foedam iniisse pacem habebantur, a Corn. Arvina faciali hostibus his tra-derentur verbis: *Quando hi homines injussu populi Romani Quiritium foedus ictum iri spoenderunt, obeam rem, quo populu rom. impio sit solutus scelere, eos vobis dedo.*

§. VII.

Feciales foederis fanciendi confirmandique negotium suscepturn, non hasta erant armati, (ut in superioribus vidimus) sed sagmine coronati, linoque velati caduceum manu tenebant; tunc in eo loco, qui foederi fanciendo erat destinatus, pater patratus prima luce, porcum sumebat, eumque lapide silice praecavato, e templo Jovis Feretrii sibi ad hunc ritum tradito, induas aequales discindebat sive feriebat partes, per quas utrinque positas tum foedus novum, seu novam inituri pacem ingrediebantur. Quo facto, facialis porro juris jurandi loco solemnia haec clara voce pronuntiabat verba: *Ita feriat Jupiter eum, qui primus rumpet foedus (pacem), quemadmodum ego hunc ferio porcum; quibus dictis, lapidem, quem manu tenuerat, in altum, hac formula adjecta, projiciebat: Si sciens fallo, tunc me Diespiter salva urbe, arceque, bonis ita ejiciat, uti hunc lapidem ejicio.* Tam sanctum, tamque inviolabile foedus a Romanis habebatur, et verisimile est, hunc pangendi foedera ritum jam ante feciales Romae constitutos, in usu fuisse; Nam T. Tatius Sabinorum, et Romulus Romanorum reges eodem modo pacem inter se confecisse videntur, quod

ex



ex *Liv. hist. l. c. c. XIII.* apparet; Quam rem *Virg.*  
*Aeneid. lib. VIII. vs. 639. seq.* eleganter cecinit.

*Post iidem, inter se posito certamine, reges  
 Armati, Jovis ante aras paterasque tenentes  
 Stabant, et caesa jungabant foedera porca.*

E quo ritu notae illae locutiones, Latinis usitatissimae:  
*foedus inire, icere, ferire, percutere et ingredi*, ortae sunt.  
 Sed mittimus feiales eorumque negotia; ad aliud nos jam  
 accingimus munus, quod praesens tempus nobis injunxit.

### §. VIII.

Instat nunc iterum Fridericiani Viadrini Natalis, sub  
 felicioribus auspiciis jucundior rediens, alma pace et tran-  
 quilla securitate ubivis restituta concomitatus. Hunc ita-  
 que ex optimo Serenissimae Familiae Schoenaichianae in-  
 stituto, Die 12 Jul. a. c. rite celebrare constituimus, Oratione  
 in Lycei auditorio publice habenda: *de egregiis Friderici no-  
 stri virtutibus, quem sapientissima Dei Providentia optimum  
 patriae donavit patrem, eumque et tot periculis ereptum restituit,  
 reddidit.* Ad quam benebole audiendam, Magnificum regiae  
 academie Rectorem, et ceteros Viadrinae Patres Conscri-  
 ptos, gravissimos Fridericiani Curatores, Senatum amplissi-  
 mum, Cives academiae generosos et nobilissimos, Literarum  
 fautores, promotores, cultores singulos, omni quo decet,  
 honoris observantiaeque cultu, invitamus rogamus. Scripsi-  
 mus Francof. cis Viad. Die XI. Iul.

MDCCLXIII.







OK 3358

VDB

ULB Halle  
008 551 332

3



ne






Q. F. F. F. F. Q. S.  
 QVEM ULTRA SEX ANNOS  
 INTER FOEDISSIMAS PESTIFERI MARTIS TEMPESTATES  
**FRIDERICIANVM VIADRINVM**  
 AD QVOD HAVD ULTIMA COMMVNIS CALAMITATIS SVPE-  
 RIORIBVS ANNIS REDVNDAVIT PARS  
 ANHELIS PRECIBVS PIISQVE EFFLAGITAVIT VOTIS  
 TANDEM FELICIORI OMINE ILLVXIT  
**LYCEI NATALIS**  
 NVNC PACE VBIVIS RESTITVTA IVCVNDOIR  
 SIT FESTVS SIT FORTVNATVS HIC NATALIS LXIX. NOSTRIS MVSIS  
 QVEM SOLA SAPIENTISSIMI NVMINIS BENIGNITAS  
 NVNC AVSPICATIOREM REDIRE IVSSIT  
 O FELICISSIMVM AEVVUM O FORMOSISSIMA AETATIS  
 NOSTRI TEMPORA  
 QVIBVS

x-rite

colorchecker CLASSIC



**E R I C V S**  
 IFICVS PRINCEPS OPTIMVS  
**A X I M O A D I V V A N T E**  
 TE EGREGIAQVE PRUDENTIA  
 XOPTATISSIMAM  
 AE RESTITVIT REDDIDIT  
 I DEI PROVIDENTIAM  
 EROE ET PACIFICO SESE OSTENDIT  
 CONSPICVAM  
 NC IGITVR  
 VTIBVS PRAEDICANDIS  
 TI MEMORIAM RENOVATVRVS  
**N E P V B L I C A**  
 ENISSIMAE FAMILIAE  
**A I C H I A N A E**  
 XI. IN LYCEO HABENDA  
 EBRABIT MENTE  
 ALIVM BELLVM INDICENDI  
 QVE SANCIENDI  
 RITV  
 A PRAEFATVS  
**S T . H V B E N T H A L .**  
 REG. RECTOR.

